dibus eius habitabant omnes bestie saltuum & sub umbra hababant cōetus gētiū plurimā cōdri nō fuerunt altiores illo in parādiso dei: abiete nō fuerunt equate frōdib; eius. Omne lignum parādisi non erat assimilatum ei et pulchritudini eius. qz propter emulata sūt eum omnia ligna voluptatis que sūt in parādiso. Sed quid? Pro certo dominus dicit p eo qz eleuatū ē cor eius in altitudine sua traditū et succidēt eū crudelissimi natōnū. Confringent arbusta eius et fugiēt de sub umbra eius populi terre. Et sic dicit qz deduct? est cū lignis voluptatis ad terrā vltimā cū descendētibus ad iferū et ad infēctos gladio. et cōsolata sunt super eum omnia ligna. Per talem cōdrum intellico mundi diuites & superbos in dignitatibus & officijs constitutos. vt sūt ad litteram aliqui mali seculares vel clētici in platorū vel pncipū officijs eleuati. Psalmista Vidi impium supere leuatum sicut cōdros libani. et cōcera Quia isti hodie in libano huius mundi per prosperitatem sunt pulchri frondibus id est diueris possessionibus sunt nēō rohi: dignitatibus et officijs sūt eleuati et exēlī: et eciam inter frondes et inter altos et magnates et diuites pre alijs sunt exaltati. ita qz in parādiso et in

Ezechiel.

ecclēsia vel patrīa pauca sunt lig-
na q̄ ei⁹ in gloria assimilens ita
q̄ ipsi abies et platani idē ipsi
diuites atiqui nobiles exœlſi mi-
lites prīcipes vel prelati ipoꝝ
mundane pſperitati et glorie nō
latenus adequātur ſicut ad hāz
videmus de inuitis aduocatis et
officialib⁹ regi⁹ et ſimili⁹ qui
in mundana gloria magnos no-
biles antecedunt quia hodie qua-
fi totus honor et pſperitas ſeau-
li ad iſtos eſt deuoluta. **Pſa. xx.**
v Gloria libani ad te veniet de
cor carmeli et ſaron. et breuiter
altitudo ſui ſtatus ſup̄ alios ele-
uatur. arbusta eñ eoꝝ id eſt fa-
liares et apattioꝝ ppter eos ad
officia vel bñficia eleuantur volu-
cres celi id eſt nobiles nō dedig-
nantur midificare id eſt mořā co-
trabere apud ipoꝝ. **Dan. iiiij. E-**
rant subtus eam habitantes beſ-
tie terre et in ramis eius cōmorā-
tes aues celi. **Racō** aut̄ iſtoꝝ eſt
quia aque diuiciay nuttierūt iſ-
tos et abyſſus id eſt dyabol⁹ ex-
altauit eos et flumina diuersa-
rum pſionū et lucro y irrigau-
runt iſtos quapropter nō mirū
ſi contingit ipoꝝ eſſe magnifica-
tos et exœlſos. **S**z quia iſti de ta-
ta ſua altitudine et ſublimitate ſe-
erigunt in ſupbiā et cor eorū
y manem gloriā exaltat⁹. ideo
finaliter in manus crudeliū id ē
demonū tradunt⁹. ita q̄ qnqz fit
q̄ tpaliter p infortuna ſuccidū-
tur ita q̄ arbusta eoꝝ id ē ipro-

bi familiares et filii qui p eos ex-
altati et pmoti fuerant tpaliter
coſtangunt et bestie id ē ſimpli-
ces ſubdi de umbra ſui domini⁹
liberant⁹ ipisq; obedire ampli⁹
non dignant⁹. **I**ſti eciā ad locum
inferni vel terriā infimā paupera-
tis deducunt⁹. ita q̄ ligna terre i-
fima id eſt paupes quos depſſe
rant de caſu ipoꝝ non modicum
coſolant⁹. dñtes illud pſai. xiij.
Quomodo oecadisti qui maē orie-
batis et corruiſti in terrā q̄ vulne-
rabas gentes et tu vulnerat⁹ es
ſicut et nos nostri fili⁹ fact⁹ es
Vel dic q̄ iſta arbor eſt ecclē-
ſia que propter flumina donoꝝ
ſpūs sancti que eā vegetauerūt
et ppter abyſſum eterne ordina-
cōmis et aquas diuine grē et de-
uocōmis que eam nuttierūt. ita
eſt hodie exaltata diuicijs et po-
tencijſ dilatata q̄ ceteri abies
et platani id ē mundi alti prī-
cipes diuites et dñm ſibi nullaten⁹
adequāt⁹. alia eciā ligna padifi
id eſt alie ſecte que fuerūt ſc̄; lex
nature et ſecta eciā legis ſcripte
ſibi nullatenus cōpant⁹ vñ iam
factum ē q̄ in ramis ſuoꝝ officio
ruin. volucres celi id ē mudi no-
biles gaudet midificare bestie ve-
ro et populi. i. inferiores ſimpli-
ces ſubdi ſub umbra fidī ſue le-
tantur habitare quia iſta arbor
de tanta ſui ſublimitate et pſpei-
tate eſt i ſupbiā ercta et cor ei⁹
q̄ plurimū eleuatū iam paulati-
ue in manus crudelissimoꝝ id ē

Ezechiel.

principum et tiranorum tradit^e
arbusta eius. i. psone ecclesiæ
frāzūf et suppeditant. aues. i.
nobiles subeē ecōe maxime i tē
poralibⁱ dēdignat. **I**o de sub ip
sis. i. de iutis dōe eius effugere
pbant populi eciā. i. fideles ad
alienas sectas cotidie fugiūt. et
p scismata vmbra ecōe dēliquit
ita q̄ iā gladijs. i. tribulacibⁱ
tirannorum taliter est truncata
q̄ iam ad terram vltimam. i. ad
miseriā est deducta. **T**reno. pmo
Facta ē q̄si vidua domina gētiū
p̄nceps p̄uinciar̄ fca ē sub ēbu
to. **V**el dic q̄ talis cedrus est
vir ḥēplatiuus et altus qui a
q̄s deuocionis nutrit^e fluīibus
spūs sc̄i rigat^e et sic ad pfectiois
altitudinē exaltat^e ita q̄ abietū et
platanorum. i. mundanoru sa
pietū nulla fibi sublimitas adeq
tur. ligna eciā padisi. i. alij fide
les fibi nullatenus ḥpan^e. **I**n ra
mis ei suaz affectionū m̄dificat
aves. i. angeli p delcāde; sub ū
bra suorū exemplorum habitat
bestie et populi. i. hoīes simpli
ces et ignari p imitacōe. Verū
tamē quando ex tali sc̄itate cor
eoꝝ p p̄suptionē et manem glo
riam eleuat^e sepe fit q̄ relaxat^e
domino manum suam in mami
bus crudelium idest demonum
per peccata cadere permittunt^e
et finaliter ad infernū et ad ter
ram vltimam deducuntur. **P**sa
xiiij. Detracta ē vsq; ad inferos
supbia tua. Bene igitur consuli

tur prima ad corinthios. deci
mo capi. Qui stat videat ne ca
dat. **P**retermitto figuram de
morte et destructione illarū na
cionum q̄ ponunt^e eze. xxxij. vbi
dicat. **I**bi mosoch ibi tubal ibi e
lā. et sic de alijs. qr ipaz alibi re
colo me fecisse. De cōd cōibⁱ eciā
boni pastoris et mali pastoris.
q̄ ponut^e b. xxxij. nichil hic po
no qr omia ista nō videt^e posita
narratiō sed potius litteraliter a
ordinatiue.

Dicit ezechiel vnū cāpū
plenū ossibⁱ que erant
multa valde sup faciem
campi sica rebementer. Accidit
ex volūtate dei q̄ ezechiele pro
phetante facta ē ḥmotio et ac
cesserūt ossa ad ossa vnūquodq;
ad iuncturam suam. et ecōe sup
eos nerui et carnes. et extensa
est super eos cutis. et spiritum
non habebant. et prophetauit
ad spūm dicens de quatuorvētis
Veni spiritus et suffla super in
terfectos istos et renuiscant. Et
ingressus est in ea spiritus et vi
xerūt et steterūt supra pedes su
os exercitus grandis valde mi
mis. **I**sta ossa possunt signi
ficare congeriem seu congregati
onem omnium peccatorum. q̄
sunt in campo huius mundi vel
in campo ecclesie militantis qui
sunt nudi idest sine conuersacio
nis decoro. et siccū idest sine com
passiomis humore. ab inuicem
distincti. i. sine dilōmis amore.

Ezechiel.

spiritu tarentes id est sine graci
a et deuociōnis vigore: sine ner
uis: i. sine cōcordie ligamēto vel
fortitudinis fulcimēto et sine cat
ribus: i. sine pietatis mollicie vel
lemmento. **Vñ ibidē Eze. xxxvij.**
dicitur in persona petōrū Arueret
ossa nostra: absisti sum? Sed p
pheta prophetante id ē predica
tore predicāte vel prelato redar
guente in istis ossibus fit quādo
q; cōnicio cōtritionis et accēdūt
ossa ad ossa p affectū spūalis de
uociōnis et applicatur vnumqđ
q; ad iūcturam suam p ligamen
tum concordis vniōnis: et p eo
eciam q; quilibet efficiēt contēt?
propri gradus et p̄mocionis.
In istis igitur statim crescere iā
piunt nerui id est fortitudo: car
nes id est pietatis fluida plenitu
do. artis id est honestatis extēior
gratitudo et a quatuor ventis id ē
a quatuor bonis affectib; remittit in
eis spūs id est diuine gracie sanc
titudo. **Vnde dominus dicit talib;**
penitentibus illud quod ibidem
dicitur Dabo sup vos neruos et
super crescere faciam in vobis cae
nes et super extendam in vobis cu
tem et dabo vobis spiritum et vi
uetis. **Sic** igitur fit q; insufflāte
spiritu sancto super ossa aida id
est sup iudeos petōres et eos
subimtrante statim incipiunt p g
dā viuere: a terra id est ab effā
terreno p surgere. et ea contemp
nere. et erecti p spem et contem
placionē et rectitudinem mentis

stare. **Supra ij. ca.** Ingressus est
in me spūs et statuit me sup pe
des meos. **Vel** dic q; quatuor p
tes a quibus remit spūs in mēte
aridam et indeuotam sūt quatu
or cōsideracōes q; pētē deb; v
ti scilicet nativitatis vilitas: mor
tis necessitas: inferni asperitas a
padyfi felicitas: quia peccator q
ad istas ptes bene considerat et
attendit spiritum sanctū in se fa
cilius rapit tē. sicut supra. **Vel**
dic q; talia ossa arida sunt ypōc
te. qui q; uis habeant neruos cō
federatiue collisionis. carneſ non
ficte opassiois. autē hōeste cōusa
cōis: spūn tñ vt d² nō bēbat i q;
tū carent spiritu gracie et deuotio
nis. **H**apie p̄mo Spūs discipliē
effugiet fictum. tē. **Ca. xxxvij.**

Onatur dominus cuiusq;
principi futuro qui dice
tur go g. qui cum magis
exercitib; ascensurus est: et in
nouissimo annorum ad terram
israel ad spolia populi dei detra
hēda et dicit sic. **I**n igne zeli mei
locutus sum dicit dominus. q; a i
die illa erit magna cōmotio sup
teriam et cōmouebuntur a faci
e mea pisces maris. volucres ce
li. bestie terre et omne reptile qđ
mouetur sup humum. cunctiq;
homines qui sunt super faciem
terre. et subuertentur montes et
cadent sepes. et omnis murus cor
ruet i trā. et gladii vni? cui? q; ad
primū suū. ignē a sulphur plu
am sup eū et sup exercitum ei?

Ezechiel.

Ellud pōt expomi contra dyabolū qui cū exercitib⁹ suis .i. cū congerie malorū non cessat contra populū dñi .i. contra bōs cotidie militare et eos bonis suis spūalib⁹ spoliare. qz p̄ certo in nouissimo annoꝝ scz in die iudicij iste cū toto exercitu rephoꝝ peribit. Tūc em̄ fiet cōmotio et mirabilis eorū mutatio qz scz in igne furoris .i. iusticie et rigois iphius dei cōmouebūtur a statu sue mundane p̄spetitatis pisces maris .i. voluptuosi volucres oēli .i. superbi et ambicioſi qui nō q̄rūt nisi alta bestie terre .i. aua ri atqz diuites Reptilia .i. infirmi mali pauperes hoīes. q̄ sūt super faciē terre sciz ecōe hoc est dāi mali clerici et seculares. Ta les igitur sūt de exercitu isti regni gog .i. diaboli et ideo dominus finaliter ignē & sulphur .i. ardore & fetore eterne dampnacionis super eos pluet gladium sue dure sententie in eos mittet montes .i. ipsoꝝ altos status de struet. sepes et muros eorū idē ipsorū malos fautores et p̄fatores subuertet et eos om̄es ad infernū dampnabit. interficit et occidet. quia p̄ certo gog cū suis exercitib⁹ .i. diabolus cū suis peruersis hoīib⁹ in iudicio destruet et malorum status et p̄spetitas subuertetur ps̄ Igmis sulphur et spiritus proœllarū pars calicis eorū. Emplū quod vidit eze-

chiel cū sua mirabili dispositio ne et fabrica non faciliter expo mitur sed qui fictionē suā desiderat videat greḡ in omelia super ezech. Non ei ē meū tā difficulta exponē qui nō quero nisi a liqd de segete scripturaz excepere. vt post messores possim aliquē manipulū colligere Dicit igit̄ q̄ eze. in descriptione tēplicidit quādā picturā in pariete. quā cherubim noīabat Erat em̄ pictura animali⁹ qd̄ duas facies habebat scz ab una pte faciem hoīis et ab alia pte faciem leonis & iux quālibet faciē palme sp̄es p̄igebat ad quā ipsa facies cherubim v̄tebat. Ista pictura p̄t figre viros ecōos et marie platos q̄ in tēplo ecōe sūt locati qz p̄ cōto isti debet dici cherub q̄ it p̄tāt plenitu do scie qz isti debet ēē viri scientia et discreti. s̄ px. viii. Tu cherub extētus et proteges. plenus sapientia et perfectus decorē Debet etiā habē das facies inquātū in facie apparetie exterioris cōuersacionis & moris ipsi ēē dñt diūsmoē duplaci qz secundū diueritatem locorum tpm et personarū ipsi dñt ēē in condicib⁹ variati qz in ipsis dz esse facies hoīis et facies leonis inquātū debet esse aliquociens humani et benigni. quandoqz vero seueri et leonini vt sint hanc homines quantum ad mīam & benignitatem: leones v̄o quātū ad iusticiā et seueritatem

Ezechiel.

ut sic facies huāna respiciat homines ad p̄mouendū: leomina vero respiciat malos ad pumiendū
Eze. primo. Facies hominis: et facies leonis Verumtamen quilibet facies debet palmam respicerē: qz misericordia et iusticia se debent ad palmaꝝ eterne glorie et ad vicioꝝ victoriam ordinare: siue sit homo misericors siue iustus semper debet intencioꝝ rectam habere et ad hoc q̄ pal. manam glorie postmodum capiat anbelare. dicens illud canticoꝝ
vii Ascendam in palmam et apprehendam fructū eius. **Hic** fit mentio q̄ sacerdos quādo ministrabat in tēplo induebat vestimenta sua sancta quādo rō redibat ad populuꝝ vestimenta sua exuebat et sua communia idu ebatur. **Sic** vero quilibet sacerdos id est q̄libz sacer ac scūs dux id est quilibet iustus quando in sanctuario paradisi vel in tēplo ecclesie per seruicij diuini executionē ministrat. vestimenta sancta id est sanctam et fidelem conuacionem debet induere et continentia morum spiritualium se ornare. **Leuitici. xix.** Sancti esto qz ego sanctus sum. Verūtā quando redit ad populum id ē quando ad vitam actiuaz reueritur et ad mundi negotia conuacioneq; seculariū applicat. tūc debet illas sanctas vestes eruere vestesq; cōmunes induere. i. cōuersacionem magis affabilez ac

cipere et communem. ut sic illis cum quibz habitat se studeat si ne peccato tamen pro viribz cōformare. **Leuit. vi.** Vestietur res timētis alijz tē. **Vel** dic q̄ h̄m locum et personas. gradum statutum et officium qd habemus nesse est assumere sanctas vestes moresq; iduere magis graues. Quando tamen predicta cessat tunc homo prop̄as debet vestes resumere et sicut ante consuebat se habere. **Prima ad coꝝ ix.** Omnibus omnia factus sum. **Vel** dic q̄ loca qnq; nōcēt seu p̄ficiunt ad virtutes qz scilicet fi i sancto loco māseris vestem sancte conuersationis habebis: si vero ad populū vel ad seculaia negotia exieris mores seculares et laycos reportabis. **Vnde** sen. e pistola nona. Nichil tam dāp nosū bonis moribz q̄ in spectaculo residere.

Dicit eze. portam i sanctuaio et eāt clausa et dic. tūz est sibi q̄ porta hec clausa erit et vir non transibit p̄ eā. quonā dominus ds israel ingressus ē per illā eritq; clausa principi. **Princeps** iste sedebit i ea. **Dic** q̄ ista porta est beata virgo q̄ in sanctuario castitatis et sanctitatis posita: semper per viginitatis sigillum mente et cor poze fuit clausa. **Vir** enim per istam portam nō transibit inq; ipsam homo per copulā carnis nō cognouit. **ysa. lii.** Nō transibit

Ezechiel.

p te mārācūs et īmūdus.
Dñs ei solus ingressus ē p eam
per carnis assumptionem. Nā
ip̄i principi xp̄o fuit clausa per
v̄gitatis dedicationē. et ip̄e sol⁹
in ea sedit per corporalē h̄itacio
nē p̄s. Hec porta dñi: iustus m̄
trabit p eā. Vnde canticoz quar
to capitulo d² Ortus conclusus
soror mea: ortus conclusus fōs
signatus. **C**ibidem ordinat do
minus. q̄ leuite que recesserant
ab eo et errauerunt in idolis su
is q̄ non debebāt ad eū accēdē
nec sanctuarium intrare nec i sa
cerdotio ministrare. Soli ei filij
sadoch qui custodierūt c̄erimoni
as sanctuarij mei. cum pecca
rent filij israhel ip̄i stabūt i cō
spā meo vt offerant michi adi
pē et sanguinē ip̄i īgrediēt ad
sanctuarium et accēdent ad mē
sam meāvt ministrēt michi. Ad
uerte tamen q̄ isti sacerdotes de
bebant īndū vestib⁹ linea et
debebat sup ipsos accēdere q̄c p̄
laneū. vitte linea erant in capiti
bus eorum feminalia linea i lū
bis eoru et non accingentur. In
sudore caput suum nō radent co
mam suam nō nutriēt. h̄ capita
sua tondent vīnum cum ingre
suri sunt attīum non bibent. Vi
duā aut repudiata non accipi
ent ad mortuum generaliter nō
intrabūt: populū quid sit inter
sanctum et pollutū docebūt. le
ge teneri et iusta iudicia iudica
būt. **S**ic vero km̄ illi sacerdo

tes et leuite. i. eccl̄. q̄ a domino
p vicia recesserūt et idolis suis. i.
diuicijs p auariciam: malis mu
lierib⁹ per luxuriam. vel malis
superiorib⁹ p simoniam seruire
et non sunt digni domino mini
strare nec ad sanctuarium faci
ficij altaris accēdē nec sacerdo
cio gaudere. Soli eū filij sadoch
qui interpretatur iustus. scili
cet soli filij iusticie qui legis diui
ne c̄erimoniae custodire consue
uerūt digni sunt ad mensamq̄
altaris accēdūt et q̄ sacerdotio
fūgāt et q̄ adipē. i. xp̄i carnē et
sanguinē offerāt et ministrēt. Le
xxij. **O**is alienigena nō accēdat
Ite oia vestimenta. i. oēs moēs a
condōes istorū linea et pura et
sancta debent esse a mībil laneū
. i. nichil carnale vel indecēns d^r
in eo apparē. Linū ei qđ ē candi
dū puritatē fīgt. lana vero q̄ de
carne nascit carnis voluptatē de
fīgt et iō in capite cordis et mē
tis d^r eē vitta linea. i. puritas
īnocētie interioris. et in lūbī de
bēt carnis feialia linea restrīgi
. i. continētia castitatis exteriois
teri. **L**eui. xxij. Tuīca linea vesti
et et feialib⁹ linea verecūda ce
labit. Isti igit qñ sudāt in con
fessiōe vicia emittēdo. nullomō
dñt accīgē seip̄os p vicia restrī
gedo h̄ pocius laxare oia ītegre
confitēdo. Illi eciā qui in tēplo ec
clesie ministrant non debent vi
nū supple in q̄ est luxuria bibere
voluptati superflue intendendo

Ezechiel.

Ad epb. v. Nolite inebriari vi-
no: in quo est luxuria. Iste ecia;
non debent comam idest diuicia-
rum supfluitatem nutrire et ta-
men ex toto iphi non debent ca-
put mentis a capillis diuiciarū
radere vel nudare: tondere debet
istos capillos. ipsos paupibus
erogando et plus debito cresce-
re non finendo: supfluitatem oī
modam tonsura temperantie esse
cando. Rasura enim omnino dā
abdicationem diuiciarum desigat.
Tonsio vero que partet aufert
a partem dimittit tempatam re-
secationem insinuat ad denotād
g̃ ecclesiasticus debet superflua
expendere et retinere necessaria
vnde vivat proū. xxx. Diuicias
nec paupertates dederis michi
domine sed tribue tantum victui
meo necessaria. Item isti non de-
bent viduam aut repudiataz id
est retroactam malam vitam
ab eis dimissam per reciduum
assumere: quia sicut dicitur Lu-
ce. Remo mittens manum suaz
ad aratum ac. Ad mortuos ei
am idest ad infames et malas p-
sonas nō debent accedere nec so-
ciatatem cum ipsis contrahere s̃
populum ad literam debent do-
cere et ad discernendū inter san-
ctum et pollutum. bonum et ma-
lum debent instruere et inter vi-
rum et proximum suum iuste iu-
dicare ps. Juste iudicate filij ho-
minum. Dicit ibidem dominus
q̃ illi qui dereliquerant eū et ydola

adorauerat. iamtores i domo do-
mini futuri erat. Sic vero h̃o die
sunt illi i domo ecclesie iamtoes
i prelati et introductores q̃ do-
minū et deum derelinquūt et ydo-
la idest mundi bona diligunt at
q; colūt bona enim mundi ydo-
la sunt quia similitudinem nō re-
titatem pretendunt vel ecia ydo-
la sunt maiores et supiores. q̃a
qui istos adulacionib; coluerit
atq; muneribus iamtor i ecclesi-
a idest officialis p̃lat? vel intro-
ductor faciliter erit.

In vestibulo domus doi-
ni quā vidit Eze. erant
due porte scilicet aquilo-
naris et meridionalis per quas
populū intrabat in vestibulum. Verumtamen sic fiebat q̃ ille q̃
illud intrabat nūq̃ p eandē por-
tā redibat. ymmo semper p portā
oppositā exhibat: et contra excep-
to principe qui eadē porta qua i-
trabat egredi poterat si volebat.

Pars aq̃lonis steriles et frigi-
da in scriptura significat in mūdo
statū aduersitatis et paupertatis.
Pars vero meidionalis lūinosa
et calida designat statū prosperi-
tatis: vestibulū designat statum
b; vite ṽ cui? cūq; mūdane ṽ
ecclesiastice dignitatis. Istud igit̃
ē rex in moralē loquēdo q̃ nullē
qui eadē porta egrediat p quaz
itrat quīymmo ut cōit p cōtrariā
portā. i. p cōtrariū statū et motus
de mūdo l' eccia egrediat. Illi ei
q̃ itrat p viā aq̃lonarē. i. p mūdi

Ezechiel.

tribulacōe et paupertatem solēt
p viae oppositam sc̄z per viam
meridionalē. i. p statū pspetita
tis exire. **E**contra vero q̄ p meri-
dionalem intrauerūt p aquilona-
re aduersitatis exhibit. qz reuera
illi q̄ in isto mūdo sūt in aduer-
sitate erūt cū exiuerint in celi p
spetitate. **E**contra vero illi qui b̄ i
trāt p seculi cōsolacōes finaliter
exibūt p inferni tribulacōes. **N**ō
ē ei decēs ymmo vt coiter et im-
possibile q̄ de aquilone ad aqui-
lonē. i. de paupertate ad paup-
tatem remas. **N**ec q̄ de meridiē
ad meridiē. i. de mūdi gloria ad
celi glām p̄ accēdas. qnimo vt
coiter de aquilonari ad meridiē
et eōuerso gradit̄ et de mūdi t̄
bulacōib⁹ ad pspera. necnon de
mūdi prosperis ad aduersa per-
uemit. **I**llud tamen potest falli i
pncipe. i. in aliquib⁹ viris pnci-
pibus et spūalibus qui a deo p̄
uilegiati p portā quā intrat exi-
ūt qz de prosperitate mūdi ad
celi prosperitatem transeūt. et e
contra quandoq; de tribulacioē
mundi ad inferni desolacōe trā-
scerūt. **V**nde seādo reḡ xij. di-
cit̄. **N**ō reuerteris p viā q̄ reisti
Icit ezech. q̄ ipse vidit
aq̄s redūdātes a latere
dextro templi. et ecce v
babens fumiculū in manu sua et
mensus est mille cubitos. et trā-
duxit me per aquam vsq; ad ta-
los. et reūsus mīsus est mille cu-
bitos. et trāduxit me vsq; ad ge-

nua. tāde mēsus ē mille cubitos
et transduxit me p aq̄s vsq; ad
renes. **E**t finaliter mensus est a-
tios mille cubitos torentē mag-
nū quē nō potui p̄trārire qm̄ itra-
uerūt aq̄ torrentis profundi qui
non potest transnatari. **A**que
que exēunt a latere dextro tem-
pli idest ab ipso pectore et influ-
ētia et inspiracōe cristi significat
aquas diuinarum scripturarū.
in quib⁹ proculdubio sunt di-
uersē partes in profunditate et
difficultate ab inuicem differen-
tes. **N**ā f^m q̄ vit qui poetat ca-
lamum mensure. i. xp̄c q̄ f^m apo-
stolū ad rō xij. vñiquq; distri-
buit sicut vult mēsurā fidei homi-
nē diuersimode per istū flumū
scripturām deducit. et nūc vs-
q; ad talos idest parum diffici-
liter ad historiā nunc ad genu-
a idest magis difficulter quā-
tū ad tropologiam nunc autem
summe inexplicabiliter q̄tū ad
moralitatem vel quantum ad a-
nagogiam intellectum nostrū
in isto flumine circumducit. **Q**ui
a reuera q̄muis per multos pas-
sus secundum magis vel minus
exponendo vel intelligendo faci-
liter transeamus aliquando ta-
men istum torrentem ita imper-
navigabilem inuenimus q̄ pro
libito non transimus ita q̄ pro
defectu ingenij nostri nobis po-
test dic̄ illud Job xij. **D**ñe neq;

Daniel.

cū quo haurias hēs: et puteus
altus ē. Et sicut ibidē dīr iste flu'
uius bēbat sup ripas et ex vtraq;
qz pte torrentis om̄e lignū fruc-
tisq; nō defluet foliū ex eo et nō
deficit frācis ei? p singulos mē-
ses affert p̄mīta sua: et erit fru-
ctus ei? in cibū q folia eius i me-
dicinā. et oīs aīa viuet ad quā
puenerit torrēs iste qz aque ei?
de scūario egrediūt. **H**ic vere
diuina sc̄ptura ex vtraq; pte sui
sc; qntū ad sensū hālē et spūalē
babz lignū fructiferū id ē vitalē
et fructuosam sciam et doctrinā
q sc; fructus sentēcian nō cessat
pduere et folia v̄boz pferre. q
tū folia seu v̄ba nūq; ḍtingit ca-
dere vel pire iuxta illd math. v.
Iota vnuis nō pibit a lege. Fru-
ctus iste sentēcian valet ad cibū
meritor̄ habendū: folia v̄bo illi?
sc; sacre scripture v̄bavalent ad
medicinā maloz. anime autē. i-
psone quas torrens scripture it-
rigat p graciā viuificant: pisea-
tores v̄bo. i. p̄dicatores et docto-
res stare et sedere i isto fluuiō cō-
probant. **I**ste em̄ sūt aque q de-
scūario dīm̄ idest de padiso p re-
uelationē fluerūt. et iō non mi-
rū si de iphis tātē fructus. i. tātē
moditates descenderūt. et si p
singlos mēses. i. cōtinue frācis et
utilitates nobis ipendūt. ps. **E**t tātē lignū qd plantatū ē secus
decursus aquaz tē. **V**el dic q
ligna fructifera signū viros ius-
tos qui ex vtraq; pte flumis. i.

eccē sunt plantati. eten̄ fluuius
a fluendo dicit p eo q fluctuare
dīm̄. duas etiā bz p̄tes scilz
statū clericoy et layoy m̄e quos
cōstat esse multitudinē bonoy li-
gnoy: fructiferū idest hoīm vti-
liū et iustoq; qui fructū bonorū
operū p̄ferunt et folia sanoy ver-
boz pduāt. p mēses singulos
sc; cōtinue p̄mīcas deuocōis et re-
uerentie deo redūt. qz p certō
folia verboz suorū nō defluūt p
mēdaciā vanitatē īmo stabilitet
pmanent p veritatis et certitudi-
nis firmitatē. et ido fructus ope-
rū suoq; et cibū bonoy exemplarū
alijs p̄ferūt: folia v̄bo suoq; v̄-
borū et medianā bone doctrinē
alijs circafundūt. ps. **E**t foliū
eius nō defluet ac. **F**oliū ei id ē
verbū viri iusti nō dī fluere ym-
mo semper debet p veritatē firmū
esse et sine varietate et mendacio
stabilitet pmanere. **E**xplīat
moralizatō sup ezechiele.

Inīpit moralizatō lib danielis
abugodonosor ex
babilonis cū sub-
iugasset iherusalē
et i babylonem po-
pulum duxisset vo-
luit qz pueri qui fuerant de semi-
ne regio in quibz nulla esset ma-
cula. decoti forma. doceti sciencia
rescerentur cibis mēse sue et eru-
direntur sciencijs et linguis pro-
uincie ut sic fierent digni stare
in conspectu regis. **R**ex iste ē
dyabolus qui in babyloniam q